

Q. D. F.  
Monumenta Sepulchralia  
**Templi Francisca-**

ni,

& quæ notatu  
ibi adhuc sunt reliqua  
à temporum injuria vindicat,

& simul  
ad

**Actum Encomiasticum**

meritis

**B. LUTHERI**

sacrum,

d. 11. Novembris 1692.

in

**ILLUSTRI CURIANO**

habendum,

**Primores Urbis Curiaë & Fautores literarum quos-**

cunque

decenter invitat

**M. JO. CHRISTOPHORUS WESI**

Gymn. Rector.

---

Literis Minzelianis.



Consideravimus supra S. Francisci fanum, ut delu-  
 brum superstitionum papalium; nunc ut secu-  
 ritatis domum, partim etiam asylum exulantium  
 id perlustrandum restat. Quemadmodum e-  
 nim Curia nostra commune exulum Christi refu-  
 gium extitit hactenus; Ita & praecipue templum  
 hoc multorum ex Bohemia huc transeuntium receptaculum &  
 Domus aeterna factum est. Vide de his appellationibus *loc. Gu-*  
*therum de jur. Man. l. II. c. 20.* Ceterum variorum etiam Heroum  
 ac meritisimorum hominum dormitorium merito audit, quorum  
 monumenta, si non ad Mausoleorum splendorem accedunt; &  
 personarum tamen, quas condunt, stemmatum eminentia, Nobi-  
 litate satis antiqua, atque meritis maximis, mortalitatem omnem  
 superant longe, & aere omni, seculisque ipsis perenniora sunt.  
 Ut autem nihil omittamus, licebit venia B. L. aliarum, quae super-  
 sunt, rerum ista percurrenți sparsim interponere compendia.  
 Patrefacta itaque priori porta, introeuntibus a Dextro latere se  
 offert *Inviasior*, ferreo clathro munitum, quo citra dubium re-  
 liquiae sanctorum aservabantur; a sinistro vero signum crucis  
 parieti appictum. Ubi in dextro Christi latere latronis animam  
 excipit Angelus, in sinistro pendentis Spiritum penicillo ex-  
 pressus Satanas. *Magna pictoris Monachi imperitia!* quomodo enim  
 probaverit Dextrum latronem salvatum esse per baptismum aquae profluen-  
 tis a latere sinistro? Numne etiam boni angeli animas in purgatorium depor-  
 tant? Videatur pluribus haec examinans *Dannh. Hodosoph.*  
*Inoen. X p. m. 997.* Haec in fronte Templi se offerunt, cum ante pe-  
 des intrantium duo cippi illustres Altaris amoti locum tegunt, qui  
 ante occidentales paulisper erant *unus MEGAPOLENSIUM*  
*DUCIS, JOANNIS V.* a primo imperiali principe Johanne si nu-  
 meres, qui a Carolo IV. in Principem Imperii electus Anno 1348.  
 obiit & sepultus *STRELITII A.C. 1370.* ut id recte advertit *Elia*

Reu-

Reusnerus in stirpis Herulæ Genealogia. Verū quod ibidem fo. V.  
 1475. obiisse peste scribit, cum Chronici nostri relatione non ita bene  
 cōvenit, qui 1474. extinctum adfirmat, & quidem ex Tabula in rei  
 memoriam cum appictis insignibus appensa, cui hæc inserta le-  
 guntur: Anno Domini M. CCCC. LXXIII. an unser lieben  
 Fraten Himmelfahrt früh starb alhie der Hochgebohrne Fürst  
 und Herr / Herr Herzog Hannß von Meckelnburg / Fürst von  
 Wingen / Graf zu Stverin / Stargard / Rostock / der Land ein  
 Herr / dem GOTT der HER gnad & paulo inferus: Und ist auf  
 Befehl Herzog Ulrich von Meckelnburg verneuert worden /  
 Anno 1566.

Idem annus ex literis Cippo insculptis patet, ni oculum  
 fallit figura valde obruti characteris. Deinde falsum est ad S.  
*Claram* esse inhumatum, cum illud Monialium templum à no-  
 stro differat. Num verò peste extinctus sit? nec affirmare, cū  
 eodem ausim, nec negare. Id constat neque hoc, neque aliis  
 proximis antè retroque annis tale contagium afflixisse urbem  
 nostram. Quare ahunde id morbi genus vel attulisse, vel alio  
 morbi genere intorisse, verosimile est. Ceterum num Friederici  
 Palatini excommunicati causa Augustam profectus sit, & ita in  
 feditu hic decubuerit, quæ Widemanni conjectura est? vendita-  
 re nunc non vacat. Id pro certo habet Chronicus noster, i-  
 plum Serenissimum Beatissimumque Ducem, (ne fortè vel Pa-  
 triam inficeret, vel sponsæ Eryci II. Pomeraniæ Ducis filia, dolo-  
 rem auget, quam deinceps Magnus II. frater ejus duxit,) apud  
 Franciscanos Dormitorium petisse suum & hic sepeliri voluisse.  
 Videatur Widemann. pag. 126. Alter Cippus, qui proximus ad-  
 jacet, Comitis est de Orlamünde. Ita enim literæ habent lapi-  
 dis: *Anno Domini M. CCCC. XLVII. die Visitationis S. Mariæ obiit Gene-  
 rosus Comes Sigismundus de Orlamünde, cujus anima requiescit in pace,  
 hic sepultus*

Redemit hic apud Monachos locum hunc, atque missas sibi  
 faciendas Cingulo argenteo, quantitate 7. Asses & 7. Semunci-

as æquante, h. e. ut Noster p. 109. calculum ponit, 119. Coth schreiet,  
Egregia liberalitas à Comite, generis sui, ut opinatur Noster, ul-  
tima scintilla!

Indè ad Dextram deflectentibus nobis parvulæ nobis duæ  
offeruntur *ἡλαί* his insignitæ:

Anno 1618. den 5. Februarii ist Heinrich Adam von Seils-  
dorff uf Hoffed/gegen Morgen seelig in Gott entschlaffen.

Anno 1610. ward geböhren zu Hoffed der Edel und Best  
Friedrich Rudolph von Seilsdorff/und starb den 10. Martii An-  
no 1615. dem Gott eine fröhliche Auferstehung verlehnen wolle.

Quas mox excipit illustrissimum arte, si quod in hoc tem-  
plo conspicitur, monumentum natæ Comitissæ Papenheimæ.  
Refert enim ex albastro ita artificiose sculptas utriusque conjugis  
icones atque XVI. insignia, ut ipsum Pyrgotelem auctoris hujus  
discipulum crederem. Quis tamen ille fuerit & dispicere & ob-  
servare nusquam licuit. Superius dicta Joh. XI. & Job. XIX.  
leguntur, infra verò

Anno 1558. den 30. Augusti ist der  
Edle und Ehrenvest Friedrich von  
Kedwitz/ zu der Zeit fürstl. Bam-  
bergischer Rath und Ammann zu  
Lichtenfels und Staffelsheim in  
Gott seelig entschlaffen/ und liegt  
zu Lichtenfels in der Pfarr-Kirche  
begraben/ der Seelen Gott gnädig  
und barmherzig seyn wolle/ Amen.

Anno 1586. den 31. Augusti zwische  
8. und 9. Uhr Vormittag ist die  
Edle und Ehren- Tugendfame  
Frau Catharina von Kedwitz/ des  
H. Röm Reichs Erb-Marschalle  
zu Pappenheim/ in Gott seelig  
entschlaffen und liegt zum Hof in  
der Closter-Kirchen begraben/ der  
Seelen Gott gnade.

Eadem in cippo appposito leguntur verba, nisi quod hæc addita  
conspiciantur: Wittve zu Hoffed

Id dolendum maxime est petulantia tantum licuisse olim,  
ut ablatis pretiosis ornamentis, & amisso, lapidum ietu, nitore  
præcipuo nunc temeritatis æquæ ac virtutis videri possit monu-  
mentum. Prope introitum in sacrarium memoria præfecti  
cujusdem Cœnobialis his a lapide sepulchrali commendatur. An-

no 1620. den 2. Octobris ist in Gott seelig entschlaffen der Ehrens-  
beste und Wohlgelahrte Herr Jacob Hörnlein/ der Zeit Fürstl.  
Brandenb. Kloster Pfarr- und Pfründ-Verwalter außier/ sei-  
nes Alters 36. Jahr welcher Seelen Gott gnad.

Ex Psalm. LX.

Exercebis jus meum & causam meam: Sedebis in folio! o Vin-  
dex justitiæ!

Inde ad sinistram si deflectimus inter antiquiora sub in-  
troitum se offerunt *Magdalene* cujusdam à *Reitzenstein* cippus, ad-  
modum oblitteratus de anno ni fallor 1587. & insignia in tabula  
Præ-Nobilissimi Domini Caspari à *Woffersdorff*/ qui Exarchus  
provincialis hic obiit. M.D.LXIX. d. 7. Junii. Cui proximè  
jungitur alia Nobilis cujusdam *Fhasalt* apud Dominum Joh.  
Paulum de *Schaumberg* Exarchum *Curientem* tunc temporis  
degentis, his verbis insignita:

Anno Domini M.D. LXXII, am Tag Petri und Pauli zwis-  
schen II. und 12. Uhr zu Mittag ist in Gott verschieden/ der Edel  
und Ehrenbeste *Melchior Fhasalt*, seines Alters 22. Jahr/ aus  
dem Land zu *Preussen* ꝛ.

Ultimum in pariete illo monumentum parvulum, uti & cip-  
pus adjacens est, *Joh. Caroli Tziernin de Chudjenicz* filioli,  
*Wenzeslai*, qui A.C. 1632. ætatis anno secundo nondum impleto  
obiit, à quo haud ita procul & ejusdem frater recubat *Hanns*  
*Günther Tziernin de Chudjenicz*, qui A.C. 1638. æt. an. 5. deces-  
sit. Tenelli omnino exules, quibus invisa Patriæ terra non tan-  
tum indulgit, ut penes parentes ritè conderentur. Recubant ibi-  
dem etiã Tres Præ-Nobilis. Profapiae foeminae, *Lidewilla Ha-*  
*rantin/ Gebohrne von Przychowiz* extincta A.C. 1631. æt. 52. &

*Sabina Harantin/ Gebohrne von Waldenfels/* obiit A.  
C. 1641. æt. 37.

Viri Præ-Nobilissimi *Joh. Georgii Harants/ des Aeltern*  
*von Poltschitz und Westerschitz* Gemahlinen/ qui cum altera filio-  
lum *Ottone Johanne Adamu*, genuit, extinctu A.C. 1639. ætat. 70.

Heb:

Hebdom. Et Agnisa Harantin / eine gebohrne Bechlinne / Viri  
Præ-Nobilisf. Henrici Harant von Possichitz und Westerschitz  
relictæ vidua, quæ obiit A. C. 1628. æt. iplo 63. quem fatalem annu  
unâ cum vita finivit. Augent hunc præterea extorrium nu-  
merum insignia Præ-Nobilisf. duo familiarum, è quarum una est  
Frau Anna Prichowski, Gebohrne von Chlamezanski, des  
Wohl-Edelgebohrnen Herrn Wenceslai Zprzeslawik von Chlu-  
mezan-ehliche Haub-Frau / quæ obiit A. C. 1632. æt. 57. Altera est  
Janowicziana, cujus nominis duæ Sorores hic jacent:

Magdalena Salome von Janowicz A. C. 1631. ihres Alters  
I. Jahr 9. Wochen / &

Elisabetta Catharina Dorothea, Gebohrne Janoski von  
Janowicz, im Exilio ihres Alters I. Jahr 21. Tag A. C. 1636. d. 4.  
Junii verschieden.

De his Splendidissimis Præ-Nobilissimisqve familiis pa-  
rum ceterum cum mihi constet, nec elegans erigere iis Epitaphi-  
um nobis vacet, licet ad bustum tam pietissimorum exulum  
suspirare:

Exulat in mundi regnis pietasqve fidesqve:

Tu nos in regnum suscipe, Christe, tuum!

Conduntur d. 4. Julij A. 1687. eandē circa arcam etiā ossa Præ-No-  
bilisf. foeminæ, Dominae MARIÆ ROSINÆ DE WALDECK,  
Præ-Nobilisf. natae PACHELBLINDEGEHAG, Viri Præ-No-  
bilisf. ac maximè Reverendi Dn. Josephi Friederici de Waldeck, Heredi-  
tarii in Culmiz & Dabra-Stæcken, Uxoris de fide ratissimæ, foemina &  
generis dignitate, & virtutum studiò multum Nobilisf. cujus lateri  
anteâ sepulta fuerant ossa filiola ERDMUTH CATHARINÆ  
DE WALDECK Dom. 2. Trin. Anno 1681. filioli GEORGII DA-  
NIELIS DE WALDECK, d. 24. Maj. Anno 1683. filiola MAGDA-  
LENÆ DOROTHEÆ DE WALDECK, d. 23. Apr. An. 1686 quib⁹  
ex altera conjuge, Præ-Nobilisf. Domina HELENA SOPHIA  
DE WALDECK, nata de BüNAU, Foemina incomparabili gen-  
ta CHRISTIANA SOPHIA DE WALDECK, adjuncta fuit d. 28.  
Febr.

Febr. Anno 691. Hinc antequam discedamus, in oculos se in-  
gerit ætas seditum illorum lignorum supra nondum descripta.  
Ita vero verba insculpta habent:

Anno Domini M. CCCC. XIX & è regione: **Maister  
Nicol Arn**

Inter hæc sculpa *glas* cernere etiam licet primùm Præ-Nobilis-  
simi Exarchi Cur. Domini Wilhelmi de Wildenstein, his signi-  
tam: Nach Christi unser lieben Herrn Geburt in M. CCCC.  
LXXVI. Jahr/hat Wilhelm von WILDENSTEIN/zu  
dieser Zeit Hauptmann zum Hof/ diesen Stein hauen lassen.  
Eminet hinc Præ-Nobiliss. Reizensteinerum monumentum,  
quod in fronte hæc gerit: Hier ist die Begräbnis Liban von  
Reizenstein und seiner Erben.

Hic ruhet in Gott der Wohl-Edelgeborene/Bestrens-  
ge und Mannveste Herr Hannß Heinrich von Reizens-  
stein us Posses.

Anno 1577. Dienstag nach Martini zu Schönberg ge-  
boren den 7. Janu, aber zwischen 7. und 8. Uhr früh Anno 1640  
alhie ben höchster Kriegs: Unruh in Herrn seelig entschlaffen/sei-  
nes Alters 56. Jahr 6. Monath und 3. Wochen / dessen Seelen  
Gott gnade.

Ibidem haud dubiè conduntur etiam Conradus de Rei-  
zenstein, qui A. C. 1486. & Sigismundus de Reizenstein, in Rei-  
zenstein, qui 1511. decesserunt, quorum insignia in pariete quidè  
conspiciuntur, sed legi vix ac ne vix quidem possunt, tempore ita  
mutilata. Ceterum locus hic cum sit honoratior, magni haut  
dubiè à Franciscanis olim est emtus. Hic junctum monumen-  
tum aliud Præ-Nobiliss. sc. Dieterici de Sparneck. qui obiit A.  
Dom. M. D. III. Nec prætereundum Michaelitanum Epitaphium  
est, quod hæc prodic:

Abrahamus Michael, Medicinæ Doctor und Stadt-Phy-  
sicus, wurde geboren zu Eger den 4. Novembris. Anno M. D.  
LXXXI.



LXXXI. starb in Hof den 23. Octobris. Anno M. DC. LIV.  
 Dessen Seele steht in Gottes Hand.

Des frommen Michaels-Geist ist Himmelauf geflogen/  
 Michael der Großfürst hat Ihn nach sich gezogen/  
 In dem Schoß Abrahams/lebt Abraham vergnügt/  
 Ob gleich in dieser Gruft/sein Leib entgeisteret liegt/  
 Wann du nach langer Zeit/auf diesen Grabe-Steine/  
 Die Worterblickest/denk/daß ruhen hier Gebeine/  
 Eines Gottbeliebten Manns/läst alles unverrückt/  
 Wo du nicht willst/daß dir/dein Glück werd mit verzückt.

Junctus est magno parenti magnus arte filius, Valentinus Mi-  
 chaël Doctor. A. C. 1691. d. 11. Aprilis, quem mater aliquot annis  
 præiverat. Post lustratos lapides Fuchsiarum von Schweins-  
 haupt/seil. Mariæ Sufannæ d. 12. Jul. & Sigismundi, Sebastiani d. 6.  
 A. C. 1615. denatorum, ut & Georgii Sigismundi, Viri Præ-Nobi-  
 liss. Georgii Fuchsi à Schweinshaupt filioli A. 1611. d. 13. ætatis  
 extincti, nec non consulare monumen Conradi Jani, qv̄i sacri  
 ærarii administrator obiit A. 1551.

Ad dextram paulisper deflectimus & ea scuta, quæ pro  
 suggestum sunt affixa contuemur. Sunt autem ea antiquissimæ  
 Gentis Felicium seu Feiltscherorum, quorum nomina ut habet  
 Chronicus noster, dabo hic consignata:

A. 1512. starb der Bestreng und Beste Jobst von Feiltsch.

A. 1514. starb der Erbar und Beste Otto von Feiltsch/wel-  
 chen neben seinen Weib und den ganzen Geschlecht die Barsfüßer  
 in ihre Bruderschaft angenommen/ihnen ihre heilige Werke mit-  
 zutheilen/ und sie nach ihren Tod in das ewige Gedächtnis zu  
 schreiben. Widem. p. 174.

Anno Domini 1515. Montag vor Invocavit ist der Bestreng  
 und Ehrenveste/ Herr Heinrich von Feiltsch/ Ritter verschieden.

Nach Christi Geburt 1419. Frentag Bernhards, starb Frie-  
 derich von Feiltsch.

His accedit monumentum post suggestum supra quod pi-  
 etus videtur Bonaventura, Franciscanorum Patronus, appicta  
 arbo

arbore, in cuius foliis exesarum nonnihil literarum conspicitur. Inscriptio autem monum. lapidei ita habet:

Anno Domini 1559. ist verschieden der Edle und Veste Hanss Heinrich von Feilsch, zu der Sachgrün.

Sequitur aliud absentium & Hirsbergæ Sepulcorum duorum conjugum monumentum, Præ-Nobiliss. hujus familiae, quod quia templum illius oppidi ob certam rationem aliquam, non capiebat, huc est allatum. Illud verò est Casparis à Feilsch, welcher der Zeit Burggrävischer Hofmeister / nachdem er von seinen kindl. Jahren bis in seinen Tod / in dieser verruchten Welt / viel Creuz und Widerwärtigkeit ausgestanden / im 55. Jahr seines Alters A. 15-- gestorbe.

Uxor ejus Margaretha, erat ex Domo Beilwizi orū & Hirsbergæ obiit 1554. Hujus etiam Protapiæ nonnemini statua illa lapidea est erecta, quæ à tergo suggestus leoni innititur, & egregiis fulget ornamentis. Illud enim ex insignibus additis patet. Quis autem ille fuerit? aliis inqvirendum relinqvimus, qui otii plus habent. Redeuntibus interim ab eo nobis non silentio transmittendus lapillus est Johannis Riebsteinii, ludimoderatoris initio, mox Senatoris, in quo sub gradu primo, quo suggestum ascendimus, hæc leguntur:

Johannis Riebstein, Viri Consularis, docti & pii ossa sub hoc lapide conduntur. Quinta Martii, Anno 1529. Conferentibus hinc retrò nobis ad sinistram, inter duo altaria in summa parietis parte duo scuta oculis subjiciuntur quorundam Nobilium de Rabenstein; sed literas subtraxit ætas. Ex Widemanno tamen credimus esse Johannis Rabensteinii, qui scribitur obiisse 1467. hic sepulti, & Petri ejusdem Nom. de Rabenst. in Döla, qui decessit 1516. Aut potius Conradi Rabensteinii a Conrads-Reuth, qui A.C. 1521. à servis Eberhardi Feilscheri in foro hic confossus perii. Hinc paulò inferius in alio umbone hæc leguntur:

A. 1516. freytag nach Ostern starb der Edel und Vest Cuntz von Lüchau. Cujus confangvineus Sebastian de Lichau, qui 1511. decessit, eodem fortè loco conditur. E regione, ad crucis formam confectum scutum annum indicat 1494. Quo Præ-Nob. Dominus Josephus à Zedwitz ad plures commigravit. Ut reliqua in compendium redigam, obiit:

Margaretha Sperberin / eine gebohrne Præfnerin A. 1571.

Margaretha Brunnerin A. 1509.

Herr Tobias Pflug / Stadt-Musicus 1543. ætat 42.

Anna / Wolffen Limmers hinterlassene Wittfrau Anno 1560.

Herr Nicolaus Michel / Canzler des Marggrafthums Ober-Lausnitz A. C. 1576. dessen Ebnlein Nicolaus 1578. und sein Eheweib Anna / eine gebohrne Præfnerin / 1587.



Intranscursu hic dicendum, quod in altera pila pictus cernatur Monachus  
cum inscriptione:

Memorabilis Sacerdos Thomas Köppel Anno 1479. quem fortè industria  
mendicandi & pietas commendavit sua. Sed & in ultima hujus ordinis pila,  
monumentum in tabula quadam conspicitur ecataphracti cujusdam viri, quæ  
relictæ post se eqvo, ad crucem adorat, & quia verba addita:

Anno 1633. verschied in Gott am 5. Oster-Tag früh der Ehrens  
vest/Achtbar und Mannhafte Herr Joh. Häbel seines Alters 30.  
Jahr aus dem Thur-Sächs. Ampt Schkeib/so sich in das 12. Jahr  
in seinen Kriegs-Berrichtungen bey den Evangelischen ganz männlich  
jederzeit [vor seinen Feind] gebrauchen lassen/und neben diesen Pf.  
allhier begraben liegt/ dessen Seel

Ambiguum reddunt sensum: Neben diesen Pferd oder Pfeiler/  
fallendi quibusdam occasionem dederunt, & persvadendi aliis,  
eqvum hic esse sepultum cum eqvite. Et huic eqvo in sederunt  
jam boni viri.

In ultima quadrata area cernuntur cippi Nicolai Pontani, Arti-  
um & Medicinæ Magistri, obiit 1554. ætat. 29. & Hans Prückners des  
Älteren A. 1547. Cujus Epitaphium, à Luca pictore Witteb. eximio,  
hoc insignitum fuisse acrosticho, tradit Widemannus:

Invida Pontanum nostro mors abstulit ævo;  
Ossa sub hoc duro marmore cæca latent.  
At benè si meritos, etiam post funera, fama  
Nobilis à sera posteritate manet:  
Nomine conspicuus poterit clarescere vivo,  
Eximioque bonæ laudis honore frui.  
Sollicitus patriæ pro commoditate solebat  
Publica privatis præposuisse bonis.  
Officia eximio gessit civilia honore;  
Nomen, Aristides, dignus habere tuum.  
Tempore divinum funesto dogma professus,  
At acbat verbi totus amore sacri.

Nec

Nec non pauperibus luctu deflecur acerbo;  
 Unicus ille quibus semper amicus erat,  
 Sed longo natos numero natasq; reliquit,  
 Cura quibus tanta maxima laudis erit.  
 Vernanti quos Christe, Tibi pater attulit avos,  
 Robore ut augeres corda renella tuo,  
 Illius unamimes posuere haec carmina Nati,  
 Ossibus: In supera Spiritus arce volat.

Sed subducta temeritati juvenenturis, ablataq; aliò nò amplius extant.

*Epitaphium ejusdem.*

Casibus eripitur fato Pontanus iniquis,  
 Cum patrias premerent castra inimica plagas.  
 Longævæ numerans vitæ feliciter annos,  
 Ultra bisseños lustra peracta decem.  
 MOLLiter haC tenVI CorpVs reqViesCIt In Vrna:  
 SplVltVt aternVt VIVIt In arCe pairIs.

Hæc carmina latina Widemannus ita germano idiomate donavit:

Der Tod durch seinen Neid und Haß/  
 Damit er tobt ohn unterlaß/  
 Gegen uns Menschen/hat genommen  
 Aus dieser Welt einen sehr frommen:  
 Nämlich Johann Prückner/den Alten/  
 Welches Gebein werden gehalten  
 Sie unter diesem Marmelstein.  
 Doch lebet der Name sein/  
 Und bleibt bekannt/nach seinen Tod/  
 Bey den Nachkommen/und bey Gott.  
 Weil er sich wohl verdienet hat/  
 Mit gutem Lob/um diese Stadt:  
 Und ließ ihm stets bevolen seyn  
 Die Wolfart dieser ganzen Gemein:  
 Achzet höher gemeinen Nutz/  
 Mit Rath und That, mit Hilf und Schutz/

Als sein eignen Genies: Mit Ruhm  
 Sein Amt er führt. Billich darumb  
 Ihm Artidias Nam gebührt/  
 Welcher Iustus genennet wird.  
 Ober das liebt er Gottes Wort/  
 Bekant dasselb und gerne hort/  
 Im Glück und trübseliger Zeit.  
 Die armen Leut auch tragen Leid  
 Um seinen Tod: weil er ihnn hat  
 Gedient als ein Freund / früh und spat.  
 Viel Söhn und Töchter er verließ:  
 Welche werden sein Lob gewieß  
 Erhalten. Dann sie dir Herr Christ/  
 Der du unser Erlöser bist/  
 Von ihren Vatter in der Tauff  
 Jung zugetragen sind mit Hauff:  
 Daß du sie durch dein Gnade all  
 Stärkest / und behütest vor fall:  
 Wie dieses schon gemahld vermeld/  
 Welches sein liebe Söhn gestelle/  
 Und ihrem toden Vatter han  
 Zugleich die Ehren angethan/  
 Seinn Eörper solch Grabchrift gesetzt/  
 Demnach er ist vom Tod verletzt.  
 Die Seel aber im Himmel ist/  
 Und ruhet sanfft bey Jesu Christ.

Dem Unglück ist entzucket worden  
 Hannß Prückner / aus der alten Orden/  
 Durch den zeitlichen Tod: Als hat  
 Herr Reuß und Thumbshirn diese Stadt  
 Belagert / und sehr hart beschwert:  
 Drum Gott den Mann legt in die Erd/  
 Errett ihn von des Feindes Hand/  
 Weil sonderlich er Prückner gnannt  
 War alt und dieses Lebens satt/  
 Sechzig und zwen Jahr auf sich hatt.

Sein

Sein Leib in diesem Grab jetzt ruht:  
Der Geist steht in ewiger Hut.  
Ben Christo seinem Erbser gut.

Plura de hac Pontanorum familia, quæ ab Anno 1456. deduci usque potest, ut insignib<sup>9</sup> donata à Cæsare, & ditata sit ex redditibus metallicis, dicere vetat locus. Nec dubium est, quin Pontanus ille, qui Electoris Sax. Consiliarius, Lutherò fidam præstitit operam, huic fuerit consanguinitate junctus.

Sequuntur lapides sepulchrales & monumenta:

Henrici de Thandorff / obiit A. 1523. & uxor Margaretha 1534.

Josephi de Zedwiz - - -

Hanns Plandens / Anno 1500,

Asmus von Thandorff A. 1566. &c.

Conspicitur ibidem cippus etiam è Claræ templo huc translatus, & ab interitu servatus, cui hæc circumfunduntur: ANNO DN. 1409, DIE S. ELISABETHÆ OBIIT GENEROSA DOMINA, DOMINA CATHARINA, BURGGRAVIA DE NORINBERG, ET ABBATISSA MONASTERII HUIJUS. Quæ una est de filiabus Friederici Burggravi, qui cum hac Agnestam quoque alteram filiam, A. 1376, hic fecit Monialem, de quibus alibi plura.

Haud ita procul monumentum est Fœminæ & Nobilitate & virtutum celebritate Clarissimæ, Nomen, genus & virtutem inscriptionis prodit elegantissimæ ordo:

# ELISABETHA BEQVILLARDINA

Beurlino Svezorum Eslingensium genere.

Anno 1645. nata.

Uxor Petri Bequillardi Moneisbergi, Histor. & Mor. quondam Profess. Publ.

Liberos fœminei Sexus duos

Adhuc superstites peperit.

Postea grassante in Patria Marte

Maritum Curie Parisiorum agentem sequi

Consultum credidit:



264

Ubi morbo serè annuo implicatus  
XXXIII ætatis suæ Anno,  
Summo tamen cum dolore & Luctu  
Mariti, Parentum, Liberorumque;

Imò verò

Serenissimæ Principis ac Domine  
Henricæ Wittenberg. & Teccens. Ducis  
(Cui annos à iuventa XIV.  
Muliebri prudentia præfuit)

Rarâ in Deum pietate  
Animam Redemptori suo commendavit,

Soluta d. 3. Aug. 1678.

Naturæ lege

Diem obiit supremum.

Monumentum hoc æternitæ memoriæ sacrum

Uxori Clarissimæ

Curavit apponi Marius,

Henrici XI. Jun. Lin. Ruth.

Comitis ac Domini à Plavia.

Ephorus.

Supersunt duæ tabulæ, quarum PRIMA quidem elegantius picta  
memoriam reficit Joh. Rumpferi Medicinæ Doctoris, qui obiit  
eodem cum Uxore, Esthera Rumpferia A. 1567. Hæc quidem die 6.  
Aug. ipse 23. Junii; ALTERA Henricum Kegler cum servo (der  
Apffel: Thomas genannt) & sequentia refert verba:

Tausend fünffhundert Sechzig Jahr

Und ein mann zehlet offendar!

Nach CHXZSE Jünfers HXXXI Geburth/

So Heinrich Kegler gefordert wurd

Von hinnen aus dem Jammerthal

Ino Himmels freudenreichen Saal/

Ans Meyen eilfter Nacht er ist

Verschieden/ wie ein frommer Christ:

Als mehr denn Eilffmahl zehen Jahr

Seines Alters verschieden war/

Z. 157

Reusch/ anßer den Erbstand/ blieb/  
 Mit Obs er sein Handpierung trieb/  
 Gab Siebenhundert Gulden frey/  
 Zum Gottes-Dienst und gemeinen Gebdu/  
 Und ließ seinn Erben noch genug/  
 Den ewigen Schatz er mit sich trug.

Fuit Vir pius & liberalis, præter enim supra memoratos florenos ultra centum ad sustentationem pauperum & ædium sacrarum largitus est, inde & longævior factus Anno Æt. 121. seu ut alii volunt 123. obiit.

Hæret & alia haut ita procul ab hac Tabula, quæ conversionem juvenum, nescio quorum, refert, ubi inter alia leguntur: *Dann ist Zeit/wann man mit der hölzernen Glocken leut.* Tenet namq; Satanus clavum ligno transfixum manibus. *It. Meine Sünde sind grösser/denn daß sie mir können vergeben werden/& alibi, du läugst/Satan/Gottes Gnade ist grösser u.*

Reliqua dicta hæc non capit pagina, itaque prætermisissis cæteris, de quibus nobis nihil constat, una cum emtionis jure acquisito, loco sepulchrali Præ-Nobiliss. Beilwiziorum de Hofeck, per posticum elabimur, & sic templum hoc Franciscanum claudimus. *Aperimus contra in Gymnasio nostro scenam Oratoriam, in qua se sistent juvenes aliquot modesti ac probi trigam Theologorum commendatum, & primus quidem*

JOHANNES LAURENTIUS Walber/Culmbacensis, Johannis Capnionis, juxta præcipuas circumstantias describet actiones, vitamque laudabilem; *Alter*

JOHANNES PETRUS Graf / Helmbrecht. Var. Philippi Melanchthonis præcipuas recensabit virtutes;

*Tertius denique*

GEORGIUS PAULUS Bödel/Hirsberg à Var. ipsius B. Lutheri merita aliquot honorare sataget statuis trium Hierarchicorum Statuum nomine positis.

Quos






Quos ut gratiose & benevole audiant SERENISS. PRIN-  
 CIPIS AC DOMINI NOSTRI NUTRICIQUE CLEMENTISSI-  
 MI Consiliorum Præses Summus, Consiliarius Inti-  
 mus Eminentissimus, Exarchus Provincialis Curiaë  
 Gravissimus, Illustrissimus Comes ac Dominus, DN.  
 JOHANNES ALBERTUS, Comes de RONOV &  
 BIBERSTEIN, Dominus in Oppurg, Knau, Krobiz  
 & Grunau, Dominus noster multum Gratiofissimus;  
 Nec non Viri Maximè Reverendus ac Præ-Nobilissi-  
 mus Dominus JOSEPHUS FRIDERICUS de WALDECK,  
 Hæreditarius in Culmiz & Dœbra-Stæcken &c. Pa-  
 stor Primarius & incorporatarum Ecclesiarũ Superin-  
 tendens, Gymnasii item Inspector dignissimus, cum  
 Reverendo plurimum Ministerio; Nobilissimi, Excel-  
 lentissimiq; Physicus Ordinarius Adj. & Medici; Con-  
 sultis. Domini Officiales; Urbis Senatus Prudentissi-  
 mus, Spectatissimusq; Gymnasii nostri Patronus &  
 Scholarchæ; nec non Honoratissimi Domini Collegæ,  
 Præ-Eximii ac Clarissimi Domini Studiosi, omnesq;  
 Literarum Patroni & Fautores, ea, quæ par est, devoti-  
 one, & humanitate obnixè rogitò. P.P.d. 10.

Novembris A. C.

1692.





Tem

As

Primores U

M. JO

cisca-

um

rarum quos-

